Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



dicite. etiam puluerem qui adhe
sit nobis de ciuitate uestra exter
gimus in uos tamen hoc scitote
quia appropinquabit regnum di
Dico uobis quia sodomis in die iu
dicii remissius erit quam illi ciuita
ti. Ve tibi corozaim. ve tibi bethsai
da. quia si in tyro et sydone facte fu
issent uirtutes que in uobis facte
sunt olim in cilicio et cinere seden
tes penitentiam egerunt. Verumtamen tyro et sy
don remissius erit in iudicio quam
uobis. Et tu capharnaum usque ad
celum exaltata usque ad infernum
demergeris. Qui uos audit me
audit. et qui uos spernit me spernit.
Qui autem spernit me spernit eum q'
me misit. Reuersi sunt autem septu
ginta cum gaudio dicentes. Domine
etiam demonia subiciuntur nobis in
nomine tuo. Et ait illis. Videbam
sathanam sicut fulgur de celo ca
dentem. Ecce dedi uobis potestatem
calcandi super serpentes. et scorpi
ones. et super omnem uirtutem
inimici. et nichil uobis nocebit.
Verumtamen in hoc nolite gaudere q
spiritus uobis subiciuntur. Gaude
te autem quia nomina uestra scripta
sunt in celis. In ipsa autem hora ex
ultauit in spiritu sancto et dixit.
Confiteor tibi domine pater celi
et terre qui abscondisti hec a sapi
entibus et prudentibus et reuelas
ti ea parbulis etiam pater quia
sic placuit ante te. Omnia mi
tradita sunt a patre meo. Et nemo
scit quis sit filius nisi pater. et
quis sit pater nisi filius et cui uo
luerit filius reuelare. Et conuersus
ad discipulos suos dixit. Beati
oculi qui uident que uos uidetis
Dico enim uobis. quia multi pro
phete et reges noluerunt uidere
que uos uidetis et non uiderunt
et audire que auditis et non audi
erunt. Et ecce quidam legis pe
ritus surrexit temptans eum et
dicens. Magister quid faciendo
uitam eternam possidebo. At ille
dixit ad eum. In lege quid scrip
tum est. Quomodo legis. Qui res
pondens dixit. Diliges dominum
deum tuum ex toto corde tuo. et ex
tota anima tua. et ex omnibus uiri
bus tuis et ex omni mente tua. et
proximum tuum sicut te ipsum.
Dixit ei ille. Recte respondisti. hoc
fac et uiues. Ille autem uolens insti
ficare se ipsum dixit ad iheslum. et
quis est meus proximus. Suscip
iens autem iheslus dixit. Homo
quidam descendebat ab hierusalem
in iericho et incidit in latrones.
Qui etiam dispoliauerunt eum. et
plagis impositis abierunt semi
uiuo relicto. Accidit autem ut sa
cerdos quidam descenderet eadem
uia et uisso eo pertransiit. similiter
et leuita cum esset secus locum
et uideret eum pertransiit. Sama
ritanus autem quidam uiator faciens
uenit secus eum et uidens eum
misericordia motus est. Et ap
propinquans alligauit uulnera eius
infundens oleum et uinum. Et